

**Augustus Varenius D. ... ad solemnes Exequias quas infanti ... Annae Sophiae Beselins/ Filiolae ... in coelo vitam evocatae die XIX. Septembr. hora 1. in aede Mariana ... Parentes parant ... Omnes Omnium ordinum Cives Academicos ... convocat**

Rostochii: Kilius, 1669


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746982682>


Druck Freier  Zugang




Varenius, A.,  
in A. S. Beselin.

R. 1669.







108  
AUGUSTVS VARENIVS D.

Sereniss. Ducum Mecklenburgicorum Con-  
sistorii Assessor, & Professor Theologus, h.t. Uni-  
versitatis Rostochiensis RECTOR

ad solemnes Exequias

*quas infanti Elegantissimæ, venustissimæq;*

ANNÆ SOPHIÆ

Beselinus/

Filiolæ desideratissimæ, in ipso ferè morta-  
lis vitæ limine ad beatam perennantemq;

in cælo vitam evocata

*die XIX. Septembr. horâ 1. in ade Marianâ*

Nobilissimi & mœstissimi Parentes parant

& frequentiam Honoratissimorum optimo-  
rumq; celebrari exoptant

Omnes Omnium ordinum Cives Academi-  
câ quâ fas est autoritate & humani-  
tate, convocat,



Cyprian. serm. de Mortal.

*quis non ad meliora festinet? Quis non mutari & reformari  
ad Christi speciem, & ad cœlestis gratiæ dignitatem venire citius  
exoptet?*

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. ANNO 1669

**T**Aprobanitanos, amplissima, quamq; mediam Aequator se-  
 cat, Incolas Insulae, Diodorus Siculus l. 2. Bibl. histor. p. 98.  
 longissimae aetatis fuisse memorat, ut qui ad CL. annos absq;  
 omni, ut plurimum, morbo vitam produxerint, quin lege statu-  
 tum illis fuisse, ut ad certum annorum numerum viverent, & hoc expleto  
 insolenti mortis genere, sponte vita decederent; adeo ut Rex ipse, qui in  
 quolibet sodalitia natus maximus, completis CL. annis, vitam se abdicavit,  
 eidemq; alius post ipsum aetatis provecissima in principatu successerit. No-  
 tacuit eandem Aprobanes incolarum vivacitatem C. Julius Solinus Po-  
 lyhist. c. 56 quibus, inquit, immatura mors est in annos centum eorum tra-  
 hunt, aliis omnibus annosa aetas, & penes ultra humanam extenta fragilita-  
 tatem. De Hyperboreis super Aquilonem Riphæosq; montes sub  
 ipso siderum cardine jacentibus, simile quid Pomponio Melæ l. 3.  
 de situ orbis c. 5. notatum, quod diutius quam ulli mortalium vivunt,  
 & ubi eos vivendi satietas, magisq; radium cepit, hilares, redimiti fertis,  
 sponte obeant. Eleganter autem eruditionis & civilis philosophiae  
 suae aetate Princeps Seneca ep. 77. illam, quae a numeris annorum  
 ambitiosè praesumitur, gloriam elisit: Nulla, inquit, vita est non  
 brevis. Nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris & Scythiae  
 brevis est, qua inscribi monumento suo jussit, annos se 99. vixisse. Vides  
 aniculam gloriari senectute longa. Quis illam ferre potuisset, se conti-  
 gisset, centesimum implere? Quomodo fabula, sic vita. Non quam diu  
 sed quam bene acta sit, refert. Quin agnita Gentilibus ipsis mortalis  
 hujus vitae, quanta etiam haec, quamq; speciosa & cumulis bono-  
 rum fulgida appareat, vanitas est, unde vel ipsorum judicio vita  
 oia & oia q. l. umbra & somnium: homo autem oia q. l. somnium  
 umbrae appellatus, Pindaroteste. C. Caesar Caligula, cum illum  
 transeuntem per Latinam viam, Unus ex ipsis qui custodiebantur,  
 quiq; a Praetorianis militibus concatenati trahebantur, rogaret  
 mortem, argute tali responso veterantium excepit: Nunc enim  
 vivis? Aestimavit sc. illum, in vinculis, annos agere potius, quam  
 vivere: quin vitam in miseris, vitam non esse. Caterum vitam  
 hanc etiam ubi extra catenas tales ducitur, miseriarum, calamita-  
 tumq;

tumq; feracissimam duci trahive, agnitum Imperatori Marco, cu-  
 jus sequens commendatur *de vitâ humanâ*, etiam ubi sub Imperiali  
 culmine, non sine ostentato insigni splendore ducitur, iudicium  
 τῆ ἀνθρώπινου βίου ὁ μὲν χρόνος σιγή, ἢ ἡ οὐσία πέρα ἢ δ' αἰδοῦσις ἀμυ-  
 δρα, ἢ ἡ ἄλου πῦ σώματι σύγκρισις ὀσητή, ἢ ἡ τύχη δυσπίκμαρτι,  
 ἢ ἡ Φρήνη ἀκρίτι ἢ ἡ ὑπεροφημία λήθη, καὶ συνελόντι εἰπεῖν ὁ βίος πλε-  
 μος, καὶ ξένου ὑποδημία, i. e. *Vita humana tempus universon, momen-  
 tum est: substantia, fluens, sensus ejus exilis, vix apprens, totius corporis  
 humani mixtura, putredini obnoxia, fortuna, conjectu difficilis, fama  
 anceps, & apud posteror, oblivio, quin compendio si dicenda sit: vita hac  
 bellum est, & commoratio peregrini s. bespitiis. Quod si autem tempus  
 vitæ etiam longioris, non tam tempus, quàm punctum s. momen-  
 tum temporis est, idq; tot ac tantis vanitatis ac miseræ argumen-  
 tis luculentum, quis non compendio potius optaret exire, quàm  
 lento gradu per longas ambages excedere, cortinamq; post ex-  
 actam longiorem scenam & egressos jam longo ordine alios, clau-  
 dere? Quis non sic ad meliora festinantibus occupatum portum,  
 potius gratuletur, quàm iisdem immodicè illacrymetur, etiam  
 ubi minores annis, & qui, si ordinem fatum servaret, sequi nos de-  
 bebant, præeunt? Cum in hoc mortis genere vel ordine, ex præ-  
 cipiti Annæi Sereni funere, initio, subito mæror ingens Senecam  
 magnum illum (prout quidem videri voluit) περὶ δουρατῶν percul-  
 sisset, & inter exempla eorum, quos dolor vicit, abjecisset, mox  
 ipse resumtis animis factum suum damnavit, intellexitq; hanc ma-  
 ximam sibi lugendi causam fuisse, quod nunquam cogitavisset,  
 mori eum ante se posse. Hoc unum, inquit, occurrebat, minorem me  
 esse, & multò minorem, tanquam ordinem fata servarent. Itaq; assidue  
 cogitemus, tam de nostra, quàm de omnium, quos diligimus mortalitate.  
 Tunc ego dicere debui: Minor est: quid ad rem pertinet? post me mori  
 debet: sed ante me potest. Nunc cogito, omnia mortalia esse & incerta lege  
 mortalia. Hodie fieri potest, quicquid unquam potest. Cogitemus cito nos  
 eò perventuros, quò illum pervenisse moeremus. Et fortasse (si modò sa-  
 pientum vera fama est, recipitq; nos locus aliquis) quem putamus perisse,  
 præmis-*



*promissus est.* Ita Seneca, laudandus ubiq; nisi dubiam trepidam-  
que super immortalitate, sermoni superiori clausulam imposuisset.  
Nobis in funere presentis, illis, quæ sive Seneca ad obitum An-  
næ Sereni, sive Ser. Sulpitius ad mortem Tullia Ciceronis filia,  
commentatus est, argumentis, opus haud est, postquam ex sacra-  
rio Christianæ religionis fortioribus armamur. Præmissimus ex  
Cypriano Martyre, aureolum, quò vel tanto Antecessore proba-  
remus, præproperam, &, quam sic appellamus, immaturam mor-  
tem liberorum ipsis præcipuè festinantibus ad meliora, non esse  
supplicium: sed, ingens beneficium. Tanti sermones illos Cypria-  
ni de mortalitate æstimavit olim Magnus Augustinus, ut in dispu-  
tatione contra quosdam, qui Pelagiana in tantum adhuc opinioni fa-  
vebant, ut gratiam Dei secundum merita nostra dari, & parvulos pro  
præscitis suis meritis futuris, sive bonis, sive malis, sive baptizatos, sive  
non baptizatos exire de hac vitâ, & vel salvari, quorum bona, vel da-  
mnari, quorum mala merita sunt præscita, opinarentur, ad Cypriani  
quoq; autoritatem provocaret: Scripsit (verba sunt Augustini lib.  
I. de prædest. sanctorum) librum de mortalitate Cyprianus, multis ac  
penè omnibus qui ecclesiasticas literas amant, laudabiliter notum, in quo  
propterea dicit, non solum non esse fidelibus inutilem mortem, verum et-  
iam utilem reperiri, quoniam peccandi periculis hominem subtrahit, &  
in non peccandi securitatem constituit: ac paulò post: Certè beatissimum  
Cyprianum disputasse constat, ut CELERIORIS MORTIS BENEFICIUM  
commendaret, à peccatorum periculis eos eripi, qui hanc vitam finiunt,  
in quâ peccari potest. In eodem libro ait inter cetera: Curn non cum  
Christo futurus, & de Domini pollicitatione securus, quod ad  
Christum vocaris, amplecteris, & quod Diabolo careas, gratula-  
ris? Et alio loco: Quid non, inquit, properamus & curimus, ut Patriam  
nostram videre, ut Parentes salutare possimus? Magnus illic nos  
charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum fre-  
quens nos & copiosa turba desiderat, jam de suâ incolumitate se-  
cura, adhuc de nostrâ salute sollicita. Concludit Augustinus, ma-  
nifestissimam Dei gratiam maximè apparere in parvulis baptiza-  
tis, qui

tis, qui cum sine ullis præcedentibus bonis meritis, vitæ hujus  
 terminum sumant, & solo merito regenerationis transeant ex ma-  
 lis ad bona, satis indicent misericordiâ unius Mediatoris Dei & ho-  
 minum hominis Jesu Christi, ut licet parvulorum multi, ne mali-  
 tia mutaret intellectum, rapiantur, tamen Infantes nulli nisi ob  
 gratiam regenerationis præsentem salventur. Peculiariter autem  
 dolori ex præproperâ liberorum morte, illorum imprimis, in qui-  
 bus generosæ vestigia indolis apparebant, opponendum est firma-  
 mentum *divinae*, cunctaq; sapienter & saluberrimè disponentis, *pro-*  
*videntiae*, aliis longiores indulgentis, aliis breviores vitæ terminos  
 præfigentis, cujus sanè ratione nulla mors immatura, acerbâ nulla  
 est: sed sic omnis illa, ab ipso Deo circumscripta. Summus in cine-  
 re Theologus, & sanctissimus Arabiæ Phoenix, simul intonuerat,  
 quod ad præsentem Infantis tumulum quàm maximè facit: *Homo*  
*natus muliere, brevis est ætate, satur commotione.* UT FLOS, SIMUL  
 EGRESSUS EST, *succiditur, & fugit, velut umbra, neq; consistit,* mox  
 accinuit, quod ad superius argumentum Providentiæ facit: *Præci-*  
*sè definiti sunt dies ejus, numerus mensum ejus penes te est, determina-*  
*tiones ejus fecisti, quas non transgrediatur* Job. c. XIV, i. 2. 5. Conso-  
 nat Antecessori sanctus in purpurâ Prophetâ: *Massam meam vide-*  
*runt oculi tui, & in libro tuo hæc omnia scripta sunt: dies formabantur*  
*cum nondum ullus ex eis extaret* Ps. CXXXIX, 16. & Ps. XXXI, 16. *In*  
*manu tua tempora mea sunt, neq; alia ratio, quare vitæ suæ finem*  
*sibi indicari poposcerit* Ps. XXXIX, 5. *Notum fac mihi, Domine, finem*  
*meum & mensura dierum meorum quantula sit, ut sciam, quàm desi-*  
*turus sim. Ecce palmares disposuisti dies meos, & tempus meum, ut ni-*  
*hil est coram te. Profecto vanitas vanitatum est omnis homo, etsi optumè,*  
*constitutus.* Et ut hoc providentiæ argumentum nobis *ἀδύροισι*, ve-  
 hementissimè Servator inculcâret, ad ipsos passerculos, nos able-  
 gavit: *Nonne quinq; passerculi videntur assariis duobus, & tamen unus*  
*ex iis non est oblivioni in conspectu Dei? Vos autem multi passerculis præ-*  
*stitis. Quin etiam ipsi capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Luc.  
 XII, 6. Quod si ne unus quidem tenuissimi pretii passerculorum,

sunt


sine Providentiâ Patris cœlestis *eadit in terram*, quomodo caderet, qui multis passerulis imò phœnicibus præstat, Infans singulariore Cœli providentiâ natus, & lavacro rubente sanguine Christi renatus? Si violarum, ceterorumq; florum, vel, ut tempestivore nunc utamur exemplo, pomorum aliorum maturorum, aliorum ante maturitatem deciduorum, casus non sunt extra providentiam, quantum minus sive casu fortuito, sive solo causarum secundarum concursu nascuntur & occidunt homines? quin potius singularissimo Dei Patris cœlestis consilio, alii citius, tardius alii ex hujus vitæ hospitio ad domum æternam, ad Academiam Angelicam evocantur. Nostrum non est, causas Providentiæ singulas exquirere, vel perspicere: committenda multa sunt viis impervestigabilibus, quas penetrare miseri mortales non possumus, nec scrutari illas imperscrutabiles debemus. Nec tamen solum personat scriptura: *statutum esse hominibus, semel mori*: sed docet quoq;, Infantes aliosq; maturè decedentes, multis corporis & animæ periculis præripi, ne sive ipsi sinceri ac integri, à seculo, quod doctrinâ vitæq; corrumpit, abducti, miserè labantur, sive calamitates & pœnas publicas ipsâ morte longè tristiores experiantur: sed citò à peccandi periculis liberati in non peccandi securitatem constituantur. *Iustus, ante adventum ipsius mali recipitur: ingreditur pacem, requiescit in cubilibus suis, quisquis ambulat in equitate suâ.* Jes. LVII, 1. 2. Hoc, inquit, Nazianzenus Casario fratri parentaturus, *nobis adfert longius vitæ spacium, quod plura mala, partim videmus, partim sustinemus, partim perpetramus, cum contra iustus præoccupatus sit in requie.* Quocirca cum aliis Infantibus per baptismum Christo insertis, qui purissima & optima pars generis humani, ipsiusq; Ecclesiæ Christianæ, ac innocentia, quantum acunq; inter hominnes reliqua est, flos sunt, tum suavissima, ad cujus exequias hæc scribimus Infanti ANNÆ SOPHIÆ, superiori anno cl. l. c. LXIIX. d. XXIX. Decembr. natæ, & hoc ipso labente anno d. XIV. Sept. denatæ, de placida in cœlestem quietem migratione velut non intempestivâ cœlo, gratulandum potius, quàm immodicè flendum, sive lugendum nunc fuerit. Ut  
terræ


terræ Regibus Principibusve liberos suos commendet, quam oc-  
 cupatur cura Parentum, quamq; vel ad prolepsin & umbram sæpe  
 se hic mirificè effert, gratulatura magis, si cernere daretur, quod  
 de Darii parvuli amplexibus observatum à Curtio est in Alexandro  
 Magno. At *amplexus* est Infantes *Philas & Epiphanius* & Salvator, *manus*  
*imposuit, illis benedixit, quin moriosiores adituq; intimiore prohibi-*  
*turos atatem tenellam perseverè compescuit, & indignatus illis:*  
*finite, inquit, parvulos ad me venire, nequaquam eos prohibete: talium*  
*enim est regnum Dei* Marci X. 13. 14. 15. 16. Nec alio fine, potentissi-  
 mos illos Spiritus, illos splendidissimos cœli exercitus, ANGE-  
 LOS, ipsis Infantibus Custodes designavit, ipsosque adultiores, ne  
 in parvulorum conspectu, ex ipso atatis tenellæ contemptu, tur-  
 pe quid sive facerent, sive dicerent prohibuit: *Videte, ne con-*  
*temnatis aliquem ex parvulis istis. Dico enim vobis: Angeli eorum, in*  
*Cœlis, per omne tempus intuentur faciem Patris mei, qui in cœlis est. Nec*  
*est voluntas Patris vestri qui in cœlis est, ut pereat unus ex parvulis istis.*  
 Matth. XIX. 10. 14. Atq; illis Servatoris sui amplexibus nunc svavissimè perfrui-  
 tur beatissima ANNA SOPHIA, quin vel ipsam, quâ nunc destituitur, Paren-  
 tum Nobilissimorum, Patris, Viri Amplissimi & Consultissimi DN. JOHAN-  
 NIS CHRISTIANI Beselin D. Jcti excellentissimi, & Dicasterii Provincialis  
 Mekleb. Advocati fulgidissimi, Matris ANNÆ Rahnen / Feminæ sexus sui de-  
 coribus splendidissimæ, Avia item Maternæ Nobilissima, ELISABETHÆ Ste-  
 phans / Viduæ Rahniæ, nunc moestissimæ, quibus quidè prolixos in terris optat an-  
 nos, præsentiam familiariori svaviorique longè conversatione majorum quibus  
 sanguinem debet, compensat, Avi paterni DN. JOHANNIS Beselin / Reip.  
 hujus olim Senatoris longè clarissimi, Avia paternæ, Matronæ olim primariæ  
 DOROTHEÆ MARSTALLERS, Proavi paterni DN. JACOBI Beselin /  
 Præfecti, quondam, ædis S. Nicol. & Reip. Sedecim-Viri spectatissimi, Proa-  
 via paternæ MARGARITÆ Havemans. Proavi paterni à parte avia paternæ,  
 DN. PROTASIL Marshallers / Jcti celebratissimi, primò Ducum Pomeraniæ,  
 inde diversorum succedentium sibi Sereniss. Ducum Mekleburg. Consiliarii  
 eminentissimi, Proavia à parte avia paternæ ANNÆ Schütten / Matrona æsti-  
 matissima, Avi materni Nobilissimi & Celebratissimi DN, HENRICI Rahne /  
 Jcti, Professoris in hâc Rostochiensis inclytissimi, Sereniss. Ducum Consisto-  
 rii Assessoris & Academiæ Senioris laboriosissimi, fidelissimi, Proavi Materni  
 DN. HEN-


DN. HENRICI *Rahne* J. U. D. ac Syndici civit. Helmst. inde Ducis Brunsv. & Lunab. viduæ in sede Ducali *Winsen* Consiliiarii famigeratissimi, Proavi, à parte: aviæ maternæ, DN. LAVRENTII STEPHANI Jcti Consiliiarii Ducalis, Jüdicii Provinc. Mecl. Vice-Præfidi, Professoris, Academiæ hujus Senioris, & Consistorii Ducalis Assessoris excellentissimi, Proaviæ maternæ, à parte Aviæ maternæ, Feminae Nobiliss. CATHARINÆ *Reichen* à parte aviæ Maternæ, ANNÆ *Cothmans* Matronæ quondam longè honoratissimæ, Abavi, Magnifici & Eminentissimi Jcti DN. ERNESTI COTHMANNI Jcti, Antecessoris, Consistorii Ducum Mekleb. Assessoris & Cancellarii eorundem Sereniss. Ducum incomparabilis. Ad horum omnium, at præcipue, ipsius DOMINI JESV, & omnium S. Angelorum conspectam & complexum venire, quanta animula beatissimæ lætitiæ fuerit! Seneca alicubi *epist. 124. de BONO HOMINIS* Orator hoc inquit, bonum, infantia non recipit, quia Omnis natura bonum suum nisi consummat non profert. Quod autem hoc bonum sit, ipse non tacet: Liber animus ac rectus, alia subjiciens sibi, se nulli. At de infantibus renatis, & cælo dignatis valet illud Sapientiæ c. IV, 13. *Consumatus, brevis implevit tempora longa: grata erat Domino anima ipsius, propterea festinavit tollere ipsum ex improbitatis medio.* Et ubi liber omniaque sibi, se soli Deo subjiciens animus, quàm in calitibus? Et festinavit quoq; Deus, ac ad meliora vocavit svariissimam Puellam ANNAM SOPHIAM, curâ Parentum optumorum mox, simul nata, sacro de fonte renatam, & in tenerriam illâ ætate, præludiis quibusdam & scintillis futurarum virtutum conspicuam, quam infirmitate ventriculi laborantem (cum in corpusculo infantili, non negligenter tur quidem: sed exerere vim suam minus possent medicamenta pretiosiora, ex consilio Medico DN. D. JOHANNIS BACMEISTERI Medici & Professoris celeberrimi adhibita.) Apoplexia superveniens exanimavit, coeloq; suo natali reddidit, ubi nunc inter omnes Angelorum choros, mens beata exultat, & unâ cum Angelis, contemplatur faciem Patris qui in cælis est. Superest, ut corpusculo ubi ad horam I. efferetur, ad conditorium usque frequentes exequias eamus, quod & ipsorum Parentum Nobiliss. spectatissima Virtus, & illorum, quæ modò recensuimus, summorum Nominum inçlyta in hanc Vni-versitatem, Civitatem, totamq; Provinciam merita summo jure à nobis post fata requirunt.

P. P. sub sigillo *Rektor. d. 19. juxta Cal. Greg. 29. Sept. & solemn* MICHAELIS, dicto coronationi MICHAELIS nobi *Poloniæ Regis, cujus sceleris benedicat, Rex Regum! A. O. R. cl. Æ. LXIX.*  
 Conventus erit in æde Marian. hor. I. postmerid.














terra Regibus Principibusve liberos  
 cupatur cura Parentum, quamq; vel  
 hic mirificè effert, gratulatura mag  
 de Darii parvuli amplexibus observatu  
 Magno. At amplexus est Infantes *Phila*  
*imposuit, illis benedixit, quin moriosiore*  
 tuos atatem tenellam perseverè con  
 finite, inquit, parvulos ad me venire, ne  
 enim est regnum Dei Marci X. 13. 14. 15.  
 mos illos Spiritus, illos splendidissim  
 LOS, ipsis Infantibus Custodes designt  
 in parvulorum conspectu, ex ipso at  
 pe quid sive facerent, sive dicerent  
 temnat is aliqua ex parvulis istis. Dico e  
 Caelis, per omne tempus intuentur faciem  
 est voluntas Patris vestri qui in cælis est,  
 Matth. XIX. 10. 14. Atq; illis Servatoris sui a  
 tur beatissima ANNA SOPHIA, quim vel ip  
 tum Nobilissimorum, Patris, Viri Amplissim  
 NIS CHRISTIANI Beselin D. Jcti excelle  
 Mekleb. Advocati fulgidissimi, Matris ANN  
 coribus splendidissimæ, Avia item Maternæ N  
 phans/Vidua Rahniæ, nunc moestissimæ, quib  
 nos, præsentiam familiariori svaviorique lon  
 sanguinem debet, compenfat, Avi paterni D  
 hujus olim Senatoris longè clarissimi, Avia  
 DOROTHEÆ MARSTALLERS, Proavi  
 Præfecti, quondam, ædis S. Nicol. & Reip.  
 via paternæ MARGARITÆ Havemans. Pr  
 DN. PROTASII Marstallers / Jcti celebrat  
 inde diversorum succedentium sibi Sereniss  
 eminentissimi, Proavia à parte avia paternæ  
 matissimæ, Avi materni Nobilissimi & Celeb  
 Jcti, Professoris in hâc Rostochiensis in clyti  
 rii Assessoris & Academiæ Senioris laboriosiss

ndet, quam oc  
 & umbram sæpe  
 e daretur, quod  
 est in Alexandro  
 Salvador, manus  
 timiore prohibi  
 indignatus illis:  
 prohibete: talium  
 sine, potentissi  
 citus, ANGE  
 re adultiores, ne  
 contemtu, tur  
 Videte, ne con  
 Angeli eorum, in  
 i in cælis est. Nec  
 is ex parvulis istis.  
 c svavissimè perfrui  
 destituitur, Paren  
 limi DN. JOHAN  
 casterii Provincialis  
 Feminae sexus sui de  
 ISABETHÆ Sic  
 os in terris optat an  
 ne majorum quibus  
 NIS Beselin / Reip.  
 rona olim primaria  
 JACOBI Beselin/  
 pectatissimi, Proa  
 parte avia paternæ,  
 Ducum Pomeraniae,  
 leburg. Consiliarii  
 tten/ Matrone æsti  
 HENRICI Rahne/  
 s. Ducum Consisto  
 ni, Proavi Materni  
 DN. HEN-

